

notitiae

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO
ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

298

MAIO 1991 - 5

CITTÀ DEL VATICANO

Commentarii ad nuntia et studia de re liturgica
editi cura Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum
Mensile - Sped. abb. Postale - Gruppo III - 70%

Directio: Commentarii sedem habent apud Congregationem de Cultu Di-
vino et Disciplina Sacramentorum, ad quam transmittenda sunt epistole,
chartulae, manuscripta, his verbis inscripta Notitiae, Città del Vaticano.
Administratio autem residet apud Libreria Editrice Vaticana — Città del
Vaticano - c.c.p. N. 0074000.

Pro commentariis sunt in annum solvendae: in Italia lit. 40.000 — extra
Italiam lit. 50.000 (\$ 45). Singuli fasciculi veneunt: lit. 6.000 (\$ 7) — Pro an-
nis elapsis singula volumina: lit. 60.000 (\$ 60).

Libreria Vaticana fasciculos Commentariorum mittere potest etiam via
aerea.

LIBRI LITURGICI RITUS ROMANI	225-227
SOMMAIRE - SUMARIO - SUMMARY - ZUSAMMENFASSUNG	228-230
IOANNES PAULUS PP. II	
<i>Allocutiones: Il sacramento dell'Ordine</i>	231-232
CONGREGATIO DE CULTU DIVINO ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM	
<i>Acta: Missale Romanum. Variationes et textus inserendi: 233-234; Caeremo-</i>	
<i>niale Episcoporum. Variationes: 235-260; Caeremoniale Episcoporum.</i>	
<i>Commentarium (Mario Lessi-Ariosto, s.j.): 260-263.</i>	
<i>Summarium decretorum:</i>	264-268
<i>Varia: Riunione dei Professori di Liturgia delle Università, Facoltà e Istituti</i>	
<i>Superiori di Roma (Boleslaw Krawczyk)</i>	268-270
ACTUOSITAS LITURGICA	
<i>Commissiones Episcopales de Liturgia: Canadìa: 271-275; Hibernia: 276-280.</i>	
CHRONICA	
« Innodia » (A.M.T.)	281-282
Incontro dei liturgisti a Varsavia (Adam Durak, s.d.b.)	283-285
Diocese of Southwark Commission for the Liturgy (H.E. Mgr. Howard	
<i>Tripp)</i>	286-287
In memoriam. Padre Aymon-Marie Roguet, o.p.	288

LIBRI LITURGICI RITUS ROMANI

Nella Lettera Vicesimus quintus annus Giovanni Paolo II ricorda che « Conferentiae Episcopales grave acceperunt mandatum librorum liturgicorum conversiones parandi. Temporariae necessitates induxerunt interdum ad utendum translationibus ad tempus, quae approbatae sunt ad interim. Sed iam tandem meditandum est de aliquibus difficultatibus quae deinceps patuerunt; quibusdam medendum indiligentius et erratis; libri, parte tantum redditi, plene sunt convertendi, cantus conficiendi vel probandi in Liturgia adhibendi, de observandis textibus approbatis est providendum, libri liturgici denique edendi statu, qui stabilis habeatur, et specie mysteriis celebratis digna » (n. 20).

Questa constatazione non vuole togliere nulla all'ammirazione dovuta all'opera immensa che è costituita dalle edizioni tipiche dei libri liturgici pubblicati nelle varie lingue, in tutta la Chiesa di Rito romano. E insieme alla ammirazione, come non essere riconoscenti a tutti coloro che hanno fedelmente servito nel difficile e arduo lavoro delle traduzioni? Nel Convegno delle Commissioni Nazionali di Liturgia del 1984, Mons. A-G. Martimort nella sua relazione su Lingue e Libri liturgici nota va trattarsi di una « œuvre immense par le nombre de textes qu'il fallait traduire... et qui a été menée avec un courage presque héroïque dans des jeunes Eglises qui souffrent de la pénurie de personnes qualifiées à la fois du point de vue linguistique et du point du vue biblique et liturgique... ».

Non deve meravigliare che resti ancora molto da fare e che la Congregazione, che ha il mandato di promuovere la sacra liturgia e di provvedere alla compilazione o alla correzione dei

testi liturgici (cfr. Pastor Bonus, nn. 62 e 64, § 2), si sia mossa nella direzione di preparare nuove edizioni tipiche latine dei libri liturgici postconciliari.

Lo spirito che regge il servizio offerto dalla Congregazione a tutta la Chiesa continua, applicandola al momento attuale, la linea espressa dalla Costituzione liturgica al n. 23. In primo luogo «*sana traditio retineatur et tamen via legitimae progressionis aperiatur*». Si aggiunge a questo primo principio quello indicato nel dire: «*considerentur cum leges generales structurae et mentis Liturgiae, tum experientia ex recentiore instauratione liturgica*». Questa esperienza fatta dalle e nelle varie Chiese è una sorgente di riflessione e di stimoli per progredire nella sana tradizione e nell'ambito delle leggi generali della struttura e della mente della Liturgia, come la Costituzione liturgica li ha esplicitati. Ed infine: «*Innovationes, demum, ne fiant nisi vera et certa utilitas Ecclesiae id exigat, et adhibita cautela ut novae formae ex formis iam existantibus organice quodammodo crescant*».

L'«*editio typica altera*» di un libro liturgico non è semplicemente una ristampa, ma in un certo senso una rielaborazione che esprime la crescita dalla forma precedente, alla luce insieme della sana tradizione, dell'esperienza della riforma liturgica, dell'apertura ad un legittimo progresso a servizio delle Chiese particolari. «*Apostolicae Sedis est... libros liturgicos edere*» (C.I.C., can. 838, § 2) e alle Conferenze Episcopali è affidato il «*mandatum*» di prepararne le traduzioni e il necessario ed utile adattamento per rendere pastoralmente assimilabili riti e testi. Questa versione costituirà un libro liturgico particolare e tipico per una determinata lingua, con la integrazione degli adattamenti, scelti tra quelli indicati dai «*Praenotanda*», o proposti dalla Conferenza Episcopale, prendendo elementi dalla tradizione e dagli usi esistenti e vivi del popolo, ma resta sempre un libro liturgico del Rito romano.

È per questo che anche in esso si troveranno e la « sana traditio », e l'applicazione delle leggi generali della struttura e dello spirito liturgico, ed infine un organico crescere da forme esistenti ed assimilabili nella Liturgia. Il legame, poi, con tutta la Chiesa di Rito romano sarà rafforzato se il frutto dell'esperienza di altre Chiese si riverserà, mediante le nuove edizioni tipiche latine, nella preparazione dei libri liturgici particolari delle varie Chiese.

SOMMAIRE - SUMARIO - SUMMARY - ZUSAMMENFASSUNG

Ioannes Paulus PP. II (pp. 231-232)

Extrait de l'homélie prononcée par le Pape Jean Paul II, le 26 Mai 1991, au cours de l'Ordination des nouveaux prêtres, dans la Basilique St. Pierre.

Homélie qui s'inspire de l'invocation du Psalme 32 (33) « Sur nous soit ton amour, Yahvé, comme notre espoir est en toi ».

* * *

Se reproducen algunos párrafos de la homilia pronunciada por el Santo Padre el 26 de mayo de este año, en la misa de ordenación de presbíteros, en la basílica de san Pedro.

El motivo inspirador que sirve de tema de fondo al Papa para tratar acerca del sacramento del Orden, es la invocación del salmo 32 (33): « Que tu misericordia, Señor, venga sobre nosotros, como lo esperamos de ti ».

* * *

Sections of the homily given by the Holy Father on 26 May 1991, during the ordination to the priesthood in St Peter's Basilica.

The principle theme which formed the basis for the Pope's discourse on the Sacrament of Order was the invocation taken from Psalm 32 (33) « May your love be upon us, O Lord, as we place all our hope in you ».

* * *

In Auszügen wird die Homilie wiedergegeben, welche Papst Johannes Paul II. anlässlich der Weihe neuer Priester am 26. Mai 1991 im Petersdom gehalten hat.

Als Leitwort für diese Ansprache über das Priestertum bot sich dem Papst die in Psalm 33 (32) enthaltene Anrufung: » Laß deine Güte über uns walten, o Herr, denn wir schauen aus nach dir ».

Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum (pp. 233-263)

La L.E.V. vient de publier un *Receuil des récentes mises à jour et variations à apporter au « Missale Romanum ».*

Dans ce numéro on publie les variations apportées aux deux chapitres du « *Caeremoniale Episcoporum* »: *De Sacramento Ordinis* et *De Sacramento Matrimonii*, à cause des récentes *editiones typicae alterae* du « *De Ordinatione* » et du « *Ordo Celebrandi Matrimonium* ». Suit un commentaire redigé par le P.M. Lessi-Ariosto, s.j.

* * *

Se notifica la publicación, por parte de la Librería Editrice Vaticana, de un fascículo que recoge las « Variaciones » y los textos litúrgicos en latín que han de ser insertados en el Missale Romanum. Se trata de las fiestas y memorias que han entrado en el calendario después de la II edición tipica del Missale.

Se publica asimismo la revisión de dos capítulos íntegros del « *Caeremoniale episcoporum* »: *De sacramento Ordinis* y *De Sacramento Matrimonii*, como consecuencia de la reciente publicación de las « *editiones typicae alterae* » del *De ordinatione* y del *Ordo celebrandi matrimonium*. Sigue un Comentario firmado por M. Lessi-Ariosto, s.j.

* * *

Notice is given of the publication by the Libreria Editrice Vaticana of a fascicle containing modifications and texts to be introduced into the « Missale Romanum ».

Attention is drawn to the publication of the revision of two chapters of the « *Caeremoniale Episcoporum* »: *De Sacramento Ordinis* e *De Sacrameno Matrimonii* following upon the recent publication of the *editiones typicae alterae* of *De Ordinatione* and *Ordo celebrandi Matrimonium*. The text is followed by a *Commentarium* from P.M. Lessi-Ariosto, s.j.

* * *

Hingewiesen wird auf eine das Missale Romanum betreffende Veröffentlichung der Libreria Editrice Vaticana: In einem Sammelheft liegen die Abänderungen und neuen Texte vor, die bestimmt sind, ins Meßbuch eingefügt zu werden.

Besondere Beachtung verdient die abgedruckte revidierte Fassung zweier Kapitel des »Caeremoniale Episcoporum«: *De Sacramento Ordinis* und *De Sacramento Matrimonii*. Die Revision ergab sich aus der jüngst erfolgten Herausgabe der jeweiligen *editio typica altera* der Bände *De Ordinatione* und *Ordo celebrandi Matrimonium*. Es folgt ein *Commentarium*, verfaßt von M. Lessi-Ariosto, S.J.

Allocutiones

IL SACRAMENTO DELL'ORDINE *

1. « Signore, sia su di noi la tua grazia » (*Sal 32/33,22*).

Con queste parole del Salmo, cari Figli, che state per ricevere l'Ordinazione sacerdotale, l'odierna liturgia vi fa invocare l'aiuto divino. Con queste parole pregano i vostri cari, prega l'intera assemblea del Popolo di Dio nella Basilica di San Pietro e tutta la Chiesa sino ai confini della terra.

« Sia su di noi la tua grazia ».

2. La Chiesa, che vive costantemente del mistero di Dio-Trinità, oggi, nella sua liturgia, esalta particolarmente questo Mistero.

Questo è il Mistero divino per eccellenza, profondamente interiore: in essa è rivelata la stessa Vita intima di Dio.

Dio, che abita una luce inaccessibile (cf. *1 Tm 6, 16*): è il Padre, il Figlio e lo Spirito Santo; e, in pari tempo, è Dio che compenetra ed abbraccia ogni cosa.

Quando Cristo manda gli Apostoli a battezzare nel nome del Padre, del Figlio e dello Spirito Santo, Egli, il Redentore del mondo, rivela Dio-Trinità come Colui che si dona all'essere umano, che lo nutre e disseta con il dono di se stesso, quale è l'acqua nel Battesimo, il Sacramento in cui l'elemento acqua significa ed attua nell'uomo l'ineffabile dono della Vita Trinitaria.

Una tale risposta è data da Dio nella preghiera del Salmista: « Signore, sia su di noi la tua grazia ».

3. Questa grazia è venuta su di voi, cari Figli e Figlie della Chiesa, agli inizi della vostra vita, col Sacramento del Battesimo. Da quel giorno lo Spirito di Dio vi guida, poiché avete ricevuto « uno spirito da figli adottivi per mezzo del quale gridiamo: Abbà, Padre! » (*Rm 8,15*).

* Homilia die 26 maii 1991 habita in Basilica Vaticana infra Missam occasione ordinacionis presbyterorum celebratam (Cf. *L'Osservatore Romano*, 27-28 maggio 1991).

Così come ha gridato Gesù Cristo, il Figlio Unigenito della stessa sostanza del Padre.

Lo Spirito del Padre e del Figlio attesta pure al nostro spirito che siamo figli di Dio. E se siamo figli, siano anche eredi: eredi di Dio e coeredi di Cristo (cf. *Rm* 8, 16-17). In questo si manifesta la grazia che abbraccia tutti i battezzati.

4. Sul suolo fecondo di tale eredità è nata in voi, cari Figli, la vocazione al Sacerdozio ministeriale nella Chiesa.

Oggi questa vocazione sarà coronata con il Sacramento dell'Ordine.

In modo particolare si realizzerà in voi l'eredità divina, l'eredità che è Dio stesso: « Il Signore è mia parte di eredità e mio calice » (*Sal* 15/16,5).

Dovete diventare speciali coeredi di Cristo per poter servire tutti i fratelli e le sorelle nell'unità del Popolo di Dio.

Coerede di Cristo è il sacerdote, in quanto amministra i misteri di Dio (cf. *1 Cor* 4,1) ed opera « in persona Christi », perché Cristo possa continuare a servire e a salvare. Come Egli servì nel Cenacolo, istituendo l'Eucaristia, in cui racchiuse tutto il suo mistero pasquale di morte e di risurrezione, così ha affidato alla Chiesa tale servizio sino alla fine dei tempi.

Veramente occorre gridare oggi insieme col Salmista dal profondo del cuore: « Signore, sia con noi la tua grazia »: la grazia della vocazione sacerdotale che è un dono particolare ed immeritato.

5. « Signore, sia su di noi la tua grazia, perché in te speriamo ».

Ci troviamo dinanzi ad un mistero imperscrutabile di Dio stesso. Dinanzi alla Santità Trinitaria di Dio, rivelata da Cristo crocifisso e risorto.

È su di noi la grazia di Colui che ha ogni potere in cielo e in terra (cf. *Mt* 28, 18). Il potere che salva nella potenza dello Spirito Santo. Il potere che suscita generazioni sempre nuove di figli e figlie mediante l'adozione divina.

E, nello stesso tempo, sappiamo che ogni uomo porta questo tesoro in un vaso di creta (cf. *2 Cor* 4, 7). Ed anche il sacerdote.

Oh, Cristo! La speranza che abbiamo in te è più grande della nostra debolezza!

6. Nel momento dell'Ordinazione ciascuno di voi, cari Figli, udrà le parole: « Dio porti a compimento l'opera che ha iniziato in te » (*Pontificale Romano*, cf. *Fil* 1, 6).

In queste parole si esprime la speranza di tutta la Chiesa.

Amen!

CONGREGATIO DE CULTU DIVINO

ET DISCIPLINA SACRAMENTORUM

Acta

MISSALE ROMANUM

VARIATIONES ET TEXTUS INSERENDI *

Typis Polyglottis Vaticanis impressus, cura Librariae Editricis Vaticanae atque a Congregatione de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum die 2 februarii 1991 cum textibus originalibus concordans declaratus, publici iuris factus est ad modum appendicis fasciculus variationum ac tex-tuum, quae inserenda sunt in *Missale Romanum*, editio typica altera, anno 1975 editum.

Praedictus fasciculus continet:

— *variationes*, quae inductae sunt in « Institutio generalis Missalis Romani » per Decretum Sacrae Congregationis pro Sacramentis et Cultu Divino die 12 septembris 1983 datum (videas fasciculum *Variationes in libros liturgicos* ad normam codicis Iuris Canonici anno 1983 promulgati, Typis Polyglottis Vaticanis MCMLXXXIII);

— *variationes* inductas in « Normae universales de anno liturgico et de calendario » per Decretum Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum die 22 aprilis 1990 datum (*Notitiae XXIII*, 1987, 397; *Notitiae XXVI*, 1990, 160-165);

— *variationes* inductas in « Calendarium Romanum generale » ab anno 1970 ad annum 1989, per documenta Sedis Apostolicae (cfr. *Notitiae XXV*, 1989, 489-503).

Pro sequentibus celebrationibus liturgicis, quae in Calendarium Romanum post annum 1975 sunt inductae, praebetur *textus Missae*:

Missa S. Maximiliani Mariae Kolbe, presbyteri et martyris (die 14 augusti, memoria);

* Venditio fasciculi fit cura Librariae Editricis Vaticanae.

Missa Ss. Andreae Kim Taegōn, presbyteri et Pauli Chōng Ha-sang, et sociorum, martyrum (die 20 septembris, memoria);

Missa Ss. Laurentii Ruiz et sociorum, martyrum (die 28 septembris, memoria ad libitum);

Missa Ss. Andreae Dung-Lac, presbyteri, et sociorum, martyrum (die 24 novembris, memoria).

Insuper, pro regionibus Europae, praebentur novi textus pro celebrazione Missae Ss. Cyrilli, monachi et Methodii, episcopi, Europae Patronorum (die 14 februarii, festum; cf. *Notitiae XVII*, 1981, 72-73).

CAEREMONIALE EPISCOPORUM

VARIATIONES

Publici iuris facta editione typica altera libri *De Ordinatione Episcopi, presbyterorum et diaconorum* et libri *Ordo celebrandi Matrimonium*, Congregatio de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum consuluit ut non-nullae partes recognoscerentur libri iam editi *Caeremoniale Episcoporum* (nempe Pars V *De Sacramentis*: Caput II *De Sacramento Ordinis* et Caput III *De Sacramento Matrimonii*), ita ut novis responderent editionibus.

Eaedem partes hic emendatae praesentantur.

Numeri, in parenthesi positi, illi sunt qui in editione typica anni 1985 libri *Caeremoniale Episcoporum* inveniuntur.

Caput II

DE SACRAMENTO ORDINIS

PRÆNOTANDA

478. «Christus Dominus, ad populum Dei pascendum semperque augendum, in Ecclesia sua varia ministeria instituit, quæ ad bonum totius Corporis tendunt».¹

Nam ipse «Christus, quem Pater sanctificavit et misit in mundum, consecrationis missionisque suæ per Apostolos suos, eorum successores, videlicet Episcopos participes effecit, qui munus ministerii sui, vario gradu, variis subiectis in Ecclesia legitime tradiderunt.

Sic ministerium ecclesiasticum divinitus institutum diversis ordinibus exercetur ab illis, qui iam ab antiquo Episcopi, Presbyteri, Diaconi vocantur».²

Episcopi, plenitudine sacramenti Ordinis insigniti, sunt œconomi gratiæ supremi sacerdotii, et Ecclesias particulares sibi commissas ut vicarii et legati Christi, una cum presbyterio suo, regunt.³

¹ Conc. Vat. II, Const. dogmatica de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 18.

² *Ibidem*, n. 28.

³ Cf. *ibidem*, nn. 26, 27; Decr. de pastorali Episcoporum munere in Ecclesia, *Christus Dominus*, n. 1.

« Presbyteri, quamvis pontificatus apicem non habeant et in exercenda sua potestate ab Episcopis pendeant, cum eis tamen sacerdotali honore coniuncti sunt et vi sacramenti Ordinis, ad imaginem Christi, summi atque æterni Sacerdotis, ad Evangelium prædicandum fidelesque pascendos et ad divinum cultum celebrandum consecrantur, ut veri sacerdotes Novi Testamenti ».⁴

« In gradu inferiori hierarchiæ sistunt Diaconi, quibus non ad sacerdotium, sed ad ministerium manus imponuntur. Gratia etenim sacramentali roborati, in diaconia liturgiæ, verbi et caritatis populo Dei, in communione cum Episcopo eiusque presbyterio, inserviunt ».⁵

I. QUÆDAM NORMÆ GENERALES DISPOSITIONEM RITUS SACRARUM ORDINATIONUM SPECTANTES

479 (491). Ordinatio sive Episcopi, sive presbyterorum, sive diaconorum, sed præcipue Episcopi fiat cum fidelium quam maxima frequentia, die dominico vel festo, nisi rationes pastorales alium diem suadeant, ex. gr., pro Ordinatione Episcopi, festum Apostolorum.⁶ Excludantur tamen Triduum paschale, Feria IV Cinerum, tota Hebdomada sancta et Commemoratio omnium fidelium defunctorum.

480 (492). Ordinatio peragenda est intra Missarum sollemnia, ritu stationali celebrata, generaliter in cathedrali ecclesia. Ob rationes tamen pastorales in alia ecclesia aut in oratorio celebrari potest.⁷

481 (493). Ordinatio de more fiat ad cathedram; si autem propter participationem fidelium opus est, fiat ante altare vel alio loco aptiore.

Sedes pro ordinandis sic parentur, ut actio liturgica a fidelibus bene conspici possit.

482 (494). Extra dies qui sub nn. 1-4 tabulæ præcedentiaæ dierum liturgicorum recensentur,⁸ et festa Apostolorum, adhiberi potest Missa ritualis in conferendis sacris Ordinibus.⁹

⁴ Conc. Vat. II, Const. dogmatica de Ecclesia, *Lumen gentium*, n. 28.

⁵ *Ibidem*, n. 29.

⁶ Cf. Pontificale Romanum. De Ordinatione Episcopi, presbyterorum et diaconorum, nn. 22, 109, 184, 250.

⁷ Cf. *ibidem*, nn. 21, 108, 182, 249.

⁸ Cf. *infra*, Appendix II.

⁹ Cf. Pontificale Romanum, De Ordinatione Episcopi, presbyterorum et diaconorum, caput V, I. Missa in conferendis sacris Ordinibus, nn. 342-345.

Lectiones sumantur ex iis quæ in Lectionario pro iis celebrationibus indicantur.¹⁰

In Prece eucharistica fit commemoratio ordinatorum, formula adhibita quae in Pontificali Romano proponitur.

Si tamen, aliis in diebus, Missa ritualis non dicitur, una e lectionibus sumi potest ex iis quæ in Lectionario pro eadem Missa proponuntur.

Occurrentibus vero diebus qui sub nn. 1-4 tabulæ dierum liturgico-rum recensentur, vel festis Apostolorum pro Ordinatione Episcopi, dicitur Missa de die, cum suis lectionibus.

II. DE ORDINATIONE EPISCOPI

483 (563). Valde convenit Ordinationem Episcopi fieri in sua ecclesia cathedrali. Quo in casu ostenduntur et leguntur Litteræ apostolicæ atque ordinatus in sua cathedra sedet, ut infra nn. 493 et 509 dicitur.

484 (564). Episcopus ordinans principalis debet saltem alios duos Episcopos ordinantes adhibere, qui cum ipso et cum electo Missam concelebrent; sed valde convenit omnes Episcopos præsentes una cum ordinante principali electum ordinare.¹¹

485 (565). Valde convenit ut omnes Episcopi ordinantes, necnon presbyteri electo assistentes, cum ordinante principali et cum electo Missam concelebrent. Si Ordinatio fit in ecclesia propria electi, etiam aliqui presbyteri eius presbyterii concelebrent.

Curandum est tamen ut distinctio inter Episcopos et presbyteros manifeste appareat etiam dispositione locorum.

486 (566). Electo assistant duo presbyteri.¹²

487 (567). Ordinator principalis necnon Episcopi et presbyteri concelebrantes sacras vestes induunt quæ sibi respective ad Missæ celebratiōnem requiruntur. Electus induit omnia paramenta sacerdotalia necnon crucem pectoralem et dalmaticam.

Episcopi autem consecrantes qui forte non concelebrent, sumunt albam, crucem pectoralem, stolam et, pro opportunitate, pluviale et mitram. Presbyteri electo assistentes, si forte non concelebrent, induunt pluviale super albam vel superpelliceum super vestem talarem.

¹⁰ Cf. Missale Romanum, Ordo Lectionum Missæ, nn. 770-774.

¹¹ Cf. Pontificale Romanum, De Ordinatione, n. 16.

¹² Cf. *ibidem*, n. 17.

Vestes sint coloris Missæ quæ celebratur, secus coloris albi, vel vestes festivæ seu nobiliores adhibeantur.¹³

488 (568). Præter ea, quæ ad Missæ stationalis concelebrationem necessaria sunt, parentur:

- a) Liber de Ordinatione;
- b) libelli Precis ordinationis pro Episcopis ordinantibus;
- c) gremiale linteum;
- d) sanctum chrisma;
- e) ea quæ ad manuum lotionem necessaria sunt;
- f) anulus, baculus pastoralis, mitra pro electo et, si casus fert, pallium.¹⁴

489 (569). Insignia, pallio excepto, benedictione prævia non indigent, cum in ipso ritu Ordinationis tradantur.¹⁵

490 (570). Præter cathedram Episcopi ordinantis principalis, sedes pro Episcopis ordinantibus, electo, presbyteris concelebrantibus, parentur hoc modo:¹⁶

a) In liturgia verbi Episcopus ordinans principalis sedet in cathedra, alii Episcopi ordinantes iuxta cathedram, hinc inde; electus vero inter presbyteros sibi assistentes, loco aptiore in presbyterio;

b) Ordinatio electi fiat de more ad cathedram; si autem propter participationem fidelium opus est, parentur sedes pro Episcopo ordinante principali et aliis Episcopis ordinantibus ante altare vel alio opportuniore loco; sedes autem pro electo et presbyteris ei assistentibus, sic parentur, ut actio liturgica a fidelibus bene conspici queat.¹⁷

491 (571). Omnibus rite dispositis, ordinatur processio per ecclesiam ad altare more consueto.

Electus medius inter presbyteros sibi assistentes sequitur presbyteros concelebrantes et præcedit Episcopos ordinantes.¹⁸

¹³ Cf. *ibidem*, n. 30.

¹⁴ Cf. *ibidem*, n. 28.

¹⁵ Cf. *ibidem*, n. 28, f.

¹⁶ Cf. *ibidem*, n. 29.

¹⁷ Cf. *ibidem*.

¹⁸ Cf. *ibidem*, n. 31.

492 (572). Ritus initiales et liturgia verbi peraguntur more consueto, usque ad Evangelium inclusive.¹⁹

493 (573). Si vero Episcopus in sua ecclesia cathedrali ordinatur, post salutationem populi unus e diaconis vel ex presbyteris concelebrantibus Litteras apostolicas Collegio consultorum, præsente cancellario Curiæ qui rem in acta referat, ostendit ac deinde ad ambonem legit, quas omnes sedentes auscultant et in fine acclamant, dicentes: *Deo grátiás* vel aliam acclamationem aptam.

In diœcesibus vero noviter erectis, clero ac populo in ecclesia cathedrali præsentibus earundem Litterarum communicatio fit, presbytero inter præsentes seniore acta referente.²⁰

494 (574). Post lectionem Evangelii, diaconus librum Evangeliorum iterum super altare reverenter deponit, ubi remanet usquedum super caput Ordinati positum fuerit.²¹

495 (575). Dicto Evangelio, incipit Ordinatio Episcopi. Omnibus stantibus, canitur hymnus: *Veni, créátor Spíritus*, vel alias hymnus huic respondens, iuxta locorum consuetudines.²²

496 (576). Deinde Episcopus ordinans principalis aliique Episcopi ordinantes accedunt, si opus est, ad sedes pro Ordinatione electi paratas, et sedent cum mitra.²³

497 (577). Electus a presbyteris ipsi assistantibus adducitur ante Episcopum ordinantem principalem, cui reverentiam facit. Unus autem e presbyteris assistantibus petit ab Episcopo ordinante principali ut ad Ordinationem electi procedat. Episcopus autem ordinans principalis disponit ut legatur mandatum Apostolicum, quod omnes sedentes auscultant et in fine respondent: *Deo grátiás*, vel alio modo, secundum morem regionis, electioni assentienti.²⁴

498 (578). Deinde Episcopus ordinans principalis homiliam habet in qua, initium sumens e textu lectionum Sacræ Scripturæ quæ in Missa lectæ sunt, clerum ac populum necnon electum de munere Episcopi alloqui-

¹⁹ Cf. *ibidem*, n. 32.

²⁰ Cf. *ibidem*, n. 33.

²¹ Cf. *ibidem*, n. 34.

²² *Ibidem*, n. 35.

²³ *Ibidem*, n. 36.

²⁴ Cf. *ibidem*, nn. 37-38.

tur: quod facere potest verbis in De Ordinatione propositis vel propriis verbis, illis similibus, utens.²⁵

499 (579). Post homiliam electus solus surgit et stat ante Episcopum ordinantem principalem qui illum interrogat, ut in Pontificali, de proposito fidei servandæ et muneric adimplendi.²⁶

500 (580). Deinde Episcopi mitram deponunt, et surgunt, omnesque pariter surgunt. Episcopus ordinans principalis, stans, manibus iunctis, versus ad populum dicit invitatorium: *Orémus, dilectissimi nobis.*

Deinde diaconus, si casus fert, dicit: *Flectámus génuá.* Et mox Episcopus ordinans principalis et Episcopi ordinantes ante sedes suas genua flectunt; electus vero procumbit; ceteri autem genua flectunt.

Tempore tamen paschali et dominicis, omittitur admonitio *Flectámus génuá;* electus quidem procumbit, ceteri vero stantes remanent.

Tunc cantores incipiunt litanias, in quibus addi possunt, suis locis, aliqua nomina Sanctorum, ex. gr., Patroni, Titularis ecclesiæ, Fundatoris, Patroni eius qui Ordinationem recipit, aut aliquæ invocationes magis aptæ singulis circumstantiis: nam litaniæ locum tenent orationis universalis.²⁷

501 (581). Litaniis expletis, Episcopus ordinans principalis stans dicit, manibus extensis, orationem: *Propitiáre, Dómine;* qua dicta, diaconus, si ante litanias ad genuflectendum invitaverat, admonet: *Leváte,* et omnes surgunt.²⁸

502 (582). Electus surgit, ad Episcopum ordinantem principalem accedit et coram eo genua flectit.

Episcopus ordinans principalis, mitra accepta, imponit manus super caput electi, nihil dicens.

Deinde omnes Episcopi, accedentes successive, electo manus imponunt, nihil dicentes, et circa Episcopum ordinantem principalem manent, usquedum Prex ordinationis finiatur.²⁹

503 (583). Deinde Episcopus ordinans principalis accipit librum Evangeliorum ab uno diacono et imponit apertum super caput electi; duo

²⁵ Cf. *ibidem*, n. 39.

²⁶ Cf. *ibidem*, n. 40.

²⁷ Cf. *ibidem*, nn. 41-42.

²⁸ Cf. *ibidem*, n. 43.

²⁹ Cf. *ibidem*, nn. 44-45.

diaconi, a dexteris et a sinistris electi stantes, tenent librum Evangeliorum super caput ipsius usquedum finiatur.³⁰

504 (584). Tunc Episcopus ordinans principalis, dimissa mitra, habens apud se alios Episcopos ordinantes, pariter sine mitra, profert, manibus extensis, *Deus et Pater Dómini nostri Iesu Christi.*

Pars eiusdem Precis, inde a verbis *Et nunc effúnde usque ad verba in glóriam et laudem indeficiéntem nómínis tui* profertur ab omnibus Episcopis ordinantibus, submissa voce, manibus iunctis.

Reliqua pars Precis ordinationis dicitur a solo Episcopo ordinante principali. In fine Precis omnes dicunt: *Amen.*³¹

505 (585). Finita Prece ordinationis, omnes sedent. Episcopus ordinans principalis ceterique Episcopi mitram sumunt. Diaconi resumunt librum Evangeliorum, quem tenebant super caput Ordinati, et unus diaconorum librum tenet usquedum tradatur Ordinato.³²

506 (586). Episcopus ordinans principalis assumit gremiale linteum et accipit vas cum sacro chrismate ab uno e diaconis, et inungit caput Ordinati coram se genuflexi, dicens: *Deus, qui summi Christi sacerdótii particípem te effécit.* Post unctionem lavat manus.³³

507 (587). Postea, accipiens a diacono librum Evangeliorum, eum tradit Ordinato, dicens: *Accipe Evangélium;* quo facto, diaconus resumit librum et reponit in loco suo.³⁴

508 (588). Tandem Episcopus ordinans principalis tradit Ordinato insignia pontificalia. Primo anulum in digitum anularem dexteræ manus Ordinati immittit, dicens: *Accipe ánulum, fidei signáculum.* Si Ordinatus pallio fruitur, Episcopus ordinans principalis, antequam illi imponat mitram, ei tradit pallium, dicens: *Accipe pállium de confessióne béati Petri sumptum,* pallium super umeros imponens. Deinde ei imponit mitram, dicens: *Accipe mitram, ut clarescat in te.* Postea ei tradit baculum pastoralem, dicens: *Accipe báculum, pastorális múnneris signum.*³⁵

³⁰ Cf. *ibidem*, n. 46.

³¹ Cf. *ibidem*, n. 47.

³² Cf. *ibidem*, n. 48.

³³ Cf. *ibidem*, n. 49.

³⁴ Cf. *ibidem*, n. 50.

³⁵ Cf. *ibidem*, nn. 51-54.

509 (589). Tunc surgunt omnes. Si Ordinatio facta est in Ecclesia propria Ordinati, Episcopus ordinans principalis eum invitat, ut sedeat in cathedra, ad quam eum ducit.

Extra autem Ecclesiam propriam, Episcopus ordinatus invitatur ab Episcopo ordinante principali ut sedeat primus inter Episcopos concelebrantes.³⁶

510 (590). Demum Ordinatus, deposito baculo, surgit et accipit ab Episcopo ordinante principali et ab omnibus Episcopis osculum.

Interea usque ad finem huius ritus, cani potest Psalmus 95 (96) cum antiphona *Eúntes in mundum* vel alius cantus aptus eiusdem generis qui conveniat antiphonæ.³⁷

Cantus prosequitur usque dum omnes osculum sibi dederunt.

511 (591). Si Ordinatio facta est intra fines diœcesis propriæ Episcopi modo Ordinati, convenit ut Episcopus ordinans principalis eum invitet ut deinceps præsideat concelebrationi pro liturgia eucharistica. Si autem Ordinatio facta est in alia diœcesi, Episcopus ordinans principalis præsedit concelebrationi; hoc in casu, Episcopus modo ordinatus primum locum tenet inter ceteros concelebrantes.³⁸

512 (592). Symbolum dicitur secundum rubricas; oratio autem universalis omittitur.

513 (593). In liturgia eucharistica, omnia fiunt secundum ordinem concelebrationis Missæ stationalis.

In prece eucharistica fit commemoratio Ordinati ab uno ex Episcopis concelebrantibus, formula adhibita quæ in libro De Ordinatione proponitur.³⁹

Parentes et propinqui Ordinati Communionem sub utraque specie recipere possunt.⁴⁰

514 (594). Expleta oratione post Communionem, canitur hymnus *Te Deum* vel alias hymnus huic respondens, secundum locorum consuetudines. Interim Ordinatus accipit mitram et baculum ac ducitur a duobus Episcopis ordinantibus per ecclesiam, et omnibus benedicit.⁴¹

³⁶ Cf. *ibidem*, n. 55.

³⁷ Cf. *ibidem*, nn. 56-57.

³⁸ Cf. *ibidem*, n. 27.

³⁹ Cf. *ibidem*, n. 59.

⁴⁰ Cf. *ibidem*, n. 60.

⁴¹ Cf. *ibidem*, n. 61.

515 (595). Finito hymno, Ordinatus, stans ad altare vel, si est in sua Ecclesia, ad cathedram, potest populum breviter alloqui.⁴²

516 (596). Postea Episcopus, qui liturgiæ eucharisticæ præfuit, benedictionem impertitur. Stans nempe cum mitra versus ad populum, dicit: *Dóminus vobíscum.* Tunc unus e diaconis dicere potest invitatorium ad benedictionem atque Episcopus, manibus super populum extensis, invocationes benedictionis profert. Deinde accipit baculum et dicit: *Benedícat vos,* signum crucis faciens super populum.

Textus invocationum mutatur prout qui præsidet est Ordinatus vel ordinans principalis.⁴³

517 (597). Data benedictione et populo a diacono dimisso, fit processio ad secretarium more consueto.⁴⁴

III. DE ORDINATIONE PRESBYTERORUM

518. Omnes presbyteri in Missa suæ Ordinationis concelebrant cum Episcopo. Valde convenit ut Episcopus etiam alios presbyteros ad concelebrandum admittat; hoc in casu presbyteri modo Ordinati primum locum obtinebunt ante ceteros presbyteros concelebrantes.⁴⁵

519. Ordinandi sumunt amictum, albam, cingulum et stolam diaconalem. Parentur insuper pro singulis ordinandis casulae.

Vestes sint coloris Missæ quæ celebratur, secus coloris albi, vel vestes festivæ seu nobiliores adhibeantur.⁴⁶

520. Præter ea quæ supra enumerantur et ea quæ ad Missæ stationalis celebrationem necessaria sunt, parentur:

a) Liber De Ordinatione;

b) stolæ pro presbyteris non concelebrantibus, qui manus ordinandis imponent;

c) gremiale linteum;

d) sanctum chrisma;

⁴² Cf. *ibidem*, n. 62.

⁴³ Cf. *ibidem*, n. 63.

⁴⁴ Cf. *ibidem*, n. 64.

⁴⁵ Cf. *ibidem*, n. 114.

⁴⁶ Cf. *ibidem*, n. 117.

e) ea quæ ad manuum lotionem necessaria sunt sive pro Episcopo sive pro ordinandis;

f) sedes pro Episcopo, si ordinatio non fit ad cathedram;

g) calix sufficientis magnitudinis pro Communione concelebrantium et aliorum quibus competit.

521. In processione ad introitum, ordinandi sequuntur alios diaconos, et præcedunt presbyteros concelebrantes.

522. Ritus initiales et liturgia verbi, usque ad Evangelium inclusive, fiunt more solito.⁴⁷

523. Dicto Evangelio, incipit Ordinatio presbyterorum. Episcopus in cathedra vel ad sedem paratam sedet et accipit mitram.

524. Ordinandi vocantur a diacono hoc modo: *Accéderunt qui ordinándi sunt presbýteri.* Et mox singulatim ab eodem nominantur, et unusquisque vocatus dicit: *Adsum*, et accedit ad Episcopum, cui reverentiam facit.⁴⁸

525. Omnibus coram Episcopo dispositis, presbyter ab Episcopo deputatus eos præsentat ut in De Ordinatione indicatur.⁴⁹ Episcopus concludit dicens: *Auxiliánte Dómino*, et omnes dicunt: *Deo grátias*, vel alio modo a Conferentia Episcoporum determinato, electioni assentient.

526. Deinde, omnibus sedentibus, Episcopus cum mitra et baculo, nisi ipsi aliter videatur, homiliam habet, in qua, initium sumens e textu lectionum sacrarum quæ in Missa lectæ sunt, populum et electos alloquitur de munere presbyterorum: quod facere potest aut verbis in De Ordinatione (n. 123) aut propriis verbis usus.⁵⁰

527. Post homiliam, electi stant coram Episcopo, qui eos una simul interrogat, ut in De Ordinatione præcipitur.⁵¹

528. Deinde Episcopus baculum dimittit, unusquisque electorum accedit ad Episcopum, ante eum genuflectit et manus suas iunctas inter manus Episcopi ponit.

Episcopus a singulis petit promissionem obœdientiæ, iuxta formulas propositas.

⁴⁷ Cf. *ibidem*, n. 119:

⁴⁸ Cf. *ibidem*, n. 121.

⁴⁹ Cf. *ibidem*, n. 122.

⁵⁰ Cf. *ibidem*, n. 123.

⁵¹ Cf. *ibidem*, n. 124.

Sicubi ritus ponendi manus iunctas inter manus Episcopi minus aptus videatur, Conferentiæ Episcoporum est alium statuere.⁵²

529. Deinde Episcopus, dimissa mitra, surgit, et cum eo omnes. Stans autem versus ad populum, manibus iunctis, Episcopus invitatorium *Orémus, dilectissimi* profert. Diaconus deinde dicit: *Flectámus génuæ*; et mox Episcopus ante sedem suam genua flectit, electi vero procumbunt; ceteri suis locis genua flectunt.

Tempore autem paschali et dominicis, diaconus non dicit: *Flectámus génuæ*; electi quidem procumbunt, ceteri vero stantes remanent.

Tunc cantores incipiunt litanias, in quibus addi possunt, suis locis, aliqua nomina Sanctorum, ex. gr., Patroni, Titularis ecclesiæ, Fundatoris, Patroni eorum qui Ordinationem recipiunt, aut aliquæ invocationes magis aptæ singulis circumstantiis:⁵³ nam litaniæ locum tenent orationis universalis.

530. Litaniis expletis, solus Episcopus surgit et, manibus extensis, dicit orationem *Exáudi nos, quaésumus, Dómine Deus noster*; eaque expleta, diaconus subdit: *Leváte* (si ante litanias and genuflectendum invitaverat), et omnes surgunt.⁵⁴

531. Unusquisque electorum accedit ad Episcopum et coram eo genua flectit. Episcopus, accepta mitra, singulis imponit manus super caput, nibil dicens.⁵⁵

532. Deinde presbyteri concelebrantes atque omnes alii presbyteri, dummodo sint stolis induiti super albam aut vestem talarem cum superpelliceo,⁵⁶ singulis electis manus imponunt, nihil dicentes. Post impositionem manuum, presbyteri circa Episcopum manent usquedum Prex ordinationis finiatur.⁵⁷

533. Deinde Episcopus, dimissa mitra, electis ante ipsum genuflexis, canit vel dicit Precem ordinationis, manibus extensis.⁵⁸

⁵² Cf. *ibidem*, n. 125.

⁵³ Cf. *ibidem*, nn. 126-127.

⁵⁴ Cf. *ibidem*, n. 128.

⁵⁵ Cf. *ibidem*, nn. 129-130.

⁵⁶ Cf. S. Congr. pro Cultu Divino, Instr. tertia ad Constitutionem de sacra Liturgia recte ordinandam, 5 septembbris 1970, n. 8 c: *A.A.S.* 62 (1970), p. 701.

⁵⁷ Cf. *De Ordinatione*, n. 130.

⁵⁸ Cf. *ibidem*, n. 131.

534. Finita Prece ordinationis, Episcopus sedet et accipit mitram. Ordinati surgunt. Presbyteri adstantes revertuntur ad loca sua; aliqui tamen ex illis unicuique Ordinato disponunt stolam more presbyterali et eum induunt casula.⁵⁹

535. Postea Episcopus assumit gremiale linteum et inungit sacro chrismate palmas manuum uniuscuiusque Ordinati ante se genuflexi, dicens: *Dóminus Iesus Christus*. Deinde Episcopus et Ordinati lavant manus.⁶⁰

536. Dum Ordinati induuntur stola et casula, et dum Episcopus illis manus inungit, canitur Psalmus 109 (110) cum antiphona indicata aut alius cantus eiusdem generis.⁶¹

Cantus prosequitur usquedum omnes Ordinati ad propria loca redierunt.

537. Deinde fideles panem super patenam et calicem, vino et aqua in eum immissis, pro Missæ celebratione afferunt. Diaconus ea recipit et affert Episcopo, qui ipsa unicuique Ordinato ante se genuflexo in manus tradit, dicens: *Accipe oblationem*⁶².

538. Demum Episcopus singulos Ordinatos recipit ad osculum, dicens: *Pax tibi*. Ordinatus respondet: *Et cum spíritu tuo*.

Si rerum adiuncta id permittunt, saltem nonnulli presbyteri præsentes osculo significare possunt presbyteros nuper Ordinatos sibi in Ordine consociatos esse.

Interim cani potest Psalmus 99 (100), responsorium *Iam non dicam* vel alias cantus eiusdem generis.⁶³ Cantus prosequitur usquedum omnes osculum pacis sibi dederunt.

539. Symbolum dicitur secundum rubricas; oratio autem universalis omittitur.⁶⁴

540. Liturgia eucharistica fit secundum ordinem concelebrationis Missæ; attamen omittitur præparatio calicis.⁶⁵

541. In Prece eucharistica fit commemoratio Ordinatorum, formulis adhibitis quæ in De Ordinatione proponuntur.

⁵⁹ Cf. *ibidem*, n. 132.

⁶⁰ Cf. *ibidem*, n. 133.

⁶¹ *Ibidem*, n. 134.

⁶² *Ibidem*, n. 135.

⁶³ *Ibidem*, nn. 136-137.

⁶⁴ Cf. *ibidem*, n. 138.

⁶⁵ *Ibidem*, n. 139.

542. Parentes et propinqui Ordinatorum Communionem sub utraque specie recipere possunt.⁶⁶

Distributione Communionis expleta cani potest cantus gratiarum actionis.⁶⁷ Loco benedictionis consuetae dici potest benedictio quae in De Ordinatione indicatur. Ritus conclusionis more consueto fiunt.

IV. DE ORDINATIONE DIACONORUM

543 (495). Ordinandi sumunt amictum, albam, cingulum. Parentur insuper pro singulis ordinandis stolæ et dalmaticæ.

Vestes sint coloris Missæ quæ celebratur, secus coloris albi vel vestes festivæ seu nobiliores adhibeantur.⁶⁸

544 (496). Præter ea quæ supra enumerantur, et ea quæ ad Missæ stationalis celebrationem necessaria sunt, parentur:

- a) Liber De Ordinatione;
- b) sedes pro Episcopo, si ordinatio non fit ad cahedram;
- c) calix sufficientis magnitudinis pro Communione sub utraque specie.

545 (497). Omnibus rite dispositis, ordinetur processio per ecclesiam ad altare modo consueto. Ordinandi præcedunt diaconum librum Evangeliorum, qui in Missa Ordinationis adhibetur, deferentem. Sequuntur alii diaconi, si adsint, presbyteri concelebrantes ac denique Episcopus et paulisper retro eum duo diaconi ei assistentes.⁶⁹

546 (498). Ritus initiales et liturgia verbi, usque ad Evangelium inclusive, fiunt more consueto.

Post lectionem Evangelii, diaconus librum Evangeliorum iterum super altare reverenter deponit, ubi remanet usque dum Ordinatis tradatur.⁷⁰

547 (499). Dicto Evangelio, incipit Ordinatio diaconorum. Episcopus in cathedra vel ad sedem paratam sedet et accipit mitram.⁷¹

⁶⁶ Cf. *ibidem*, n. 141.

⁶⁷ Cf. *ibidem*, nn. 143-144.

⁶⁸ Cf. *ibidem*, nn. 190 et 192.

⁶⁹ Cf. *ibidem*, n. 193.

⁷⁰ Cf. *ibidem*, nn. 194-195.

⁷¹ Cf. *ibidem*, n. 196.

548 (500). Ordinandi vocantur a diacono hoc modo: *Accédant qui ordinándi sunt diáconi*. Et mox singulatim ab eodem nominantur; et unusquisque vocatus dicit: *Adsum*, ed accedit ad Episcopum, cui reverentiam facit.⁷²

549 (501). Omnibus coram Episcopo dispositis, presbyter ab Episcopo deputatus eos præsentat, ut in De Ordinatione indicatur. Episcopus concludit dicens: *Auxiliánte Dómino*, et omnes dicunt: *Deo grátias*, vel alio modo a Conferentia Episcoporum determinato, electioni assentientur.⁷³

550 (502). Deinde, omnibus sedentibus, Episcopus, gerens mitram et baculum, nisi ipsi aliter videatur, homiliam habet, in qua, initium sumens e textu lectionum sacrarum quæ in Missa lectæ sunt, populum et electos alloquitur de munere diaconorum, quod facere potest verbis libri De Ordinatione (n. 199) aut propriis verbis usus, rationem habendo etiam de ordinandorum condicione, utrum nempe agatur de electis uxoratis et non uxoratis, vel de electis non uxoratis tantum, vel de electis uxoratis tantum.

551 (505). Episcopus, homilia peracta, interroget omnes electos coram se stantes, una simul, iuxta textum Libri de Ordinatione, interrogans etiam professos religiosos de cælibatu amplectendo, omittens vero interrogationem de cælibatu si ordinantur tantummodo electi uxorati.⁷⁴

552 (506). Demum Episcopus deponit baculum, unusquisque electorum accedit ad Episcopum, ante eum genuflectit et manus suas iunctas inter manus Episcopi ponit.

Episcopus a singulis petit promissionem obœdientiæ, iuxta formulam in Pontificali propositam.

Sicubi ritus ponendi manus iunctas inter manus Episcopi minus conveniens videatur, Conferentiæ Episcoporum est alium statuere.⁷⁵

553 (507). Deinde Episcopus, dimissa mitra, surgit, et cum eo omnes. Stans autem versus ad populum, manibus iunctis, Episcopus invitatorium *Orémus, dilectíssimi profert*. Diaconus deinde dicit: *Flectámus génuæ*; et mox Episcopus ante sedem suam genua flectit, electi vero procumbunt; ceteri autem suis locis genua flectunt.

⁷² Cf. *ibidem*, n. 197.

⁷³ Cf. *ibidem*, n. 198.

⁷⁴ Cf. *ibidem*, n. 200.

⁷⁵ Cf. *ibidem*, n. 201.

Tempore tamen paschali et dominicis, diaconus non dicit: *Flectámus génua*; electi quidem procumbunt, ceteri vero stantes remanent.

Tunc cantores incipiunt litanias, in quibus addi possunt, suis locis, aliqua nomina Sanctorum, ex. gr., Patroni, Titularis ecclesiæ, Fundatoris, Patroni eorum qui Ordinationem recipiunt, aut aliquæ invocationes magis aptæ singulis circumstantiis: nam litaniæ locum tenent orationis universalis.⁷⁶

554 (508). Litaniis expletis, solus Episcopus surgit et, manibus extensis, dicit orationem *Dómine Deus, preces nostras cleménter exáudi*; eaque expleta, diaconus subdit: *Leváte* (si ante litanias ad genuflectendum invitaverat), et omnes surgunt.⁷⁷

555 (509). Unusquisque electorum accedit ad Episcopum ante sedem stantem cum mitra, et coram eo genua flectit. Episcopus singulis imponit manus super caput, nihil dicens.⁷⁸

556 (510). Deinde Episcopus deponit mitram. Electis ante ipsum genuflexis, canit vel dicit Precem ordinationis, manibus extensis.⁷⁹

557 (511). Finita Prece ordinationis, Episcopus sedet et accipit mitram. Ordinati surgunt, et aliqui diaconi vel alii ministri imponunt unicuique stolam more diaconali et eum induunt dalmatica. Interim cani potest antiphona *Beáti qui hábitant* cum Psalmo 83 (84) vel alias cantus aptus eiusdem generis qui conveniat antiphonae. Cantus prosequitur usque dum omnes Ordinati dalmatica sunt induiti.⁸⁰

558 (512). Ordinati, vestibus diaconalibus induti, accedunt ad Episcopum, qui librum Evangeliorum unicuique ante se genuflexo in manus tradit, dicens: *Accipe Evangélium Christi*.⁸¹

559 (513). Demum Episcopus singulos Ordinatos recipit ad osculum pacis, dicens: *Pax tibi*. Ordinatus respondet: *Et cum spíritu tuo*.

Si rerum adjuncta id permittunt, diaconi præsentes osculo pacis significare possunt diaconos nuper Ordinatos sibi in Ordine consociatos esse.

⁷⁶ Cf. *ibidem*, nn. 202-203.

⁷⁷ Cf. *ibidem*, n. 204.

⁷⁸ Cf. *ibidem*, nn. 205-206.

⁷⁹ Cf. *ibidem*, n. 207.

⁸⁰ Cf. *ibidem*, nn. 208-209.

⁸¹ Cf. *ibidem*, n. 210.

Interim cani potest antiphona *Si quis mibi ministráverit* cum Psalmo 145 vel alias cantus aptus eiusdem generis qui conveniat antiphonæ.⁸²

560 (514). Symbolum dicitur secundum rubricas; oratio autem universalis omittitur.⁸³

561 (515). Liturgia eucharistica fit secundum Ordinem Missæ. Aliqui ex Ordinatis oblata deferunt Episcopo pro celebratione Missæ; unus saltem ex illis ministrat Episcopo ad altare.

562 (516). In Prece eucharistica fit commemoratio Ordinatorum, formula adhibita quæ in De Ordinatione proponitur.⁸⁴

563 (517). Diaconi modo ordinati communicantur sub utraque specie. Diaconus Episcopo ministrans fungitur ministerio calicis. Aliqui e diaconis modo ordinatis Episcopum adiuvant in distribuenda Communione fidelibus.⁸⁵

Communionem sub utraque specie recipere possunt etiam parentes et propinqui Ordinatorum.

Distributione Communionis expleta, cani potest cantus gratiarum actionis.

Loco benedictionis consuetæ dici potest benedictio quæ in De Ordinatione indicatur.⁸⁶

Ritus conclusionis more consueto fiunt.

V. DE ORDINATIONE DIACONORUM ET DE ORDINATIONE PRESBYTERORUM IN UNA ACTIONE LITURGICA SIMUL CONFERENDIS

564 (543). Ad præparationem ordinandorum et celebrationis, ea serventur quæ supra, nn. 543-544 e 518-520, describuntur.⁸⁷

565 (544). In processione ad introitum, ordinandi diaconi præcedunt diaconum deferentem librum Evangeliorum, ordinandi vero presbyteri sequuntur alios diaconos et præcedunt presbyteros concelebrantes.⁸⁸

⁸² Cf. *ibidem*, nn. 211-212.

⁸³ Cf. *ibidem*, n. 213.

⁸⁴ Cf. *ibidem*, n. 214.

⁸⁵ Cf. *ibidem*, nn. 215-217.

⁸⁶ Cf. *ibidem*, n. 218.

⁸⁷ Cf. *ibidem*, nn. 257-259.

⁸⁸ Cf. *ibidem*, n. 260.

566 (545). Ritus initiales et liturgia verbi, usque ad Evangelium inclusive, fiunt more consueto.⁸⁹

567 (546). Tunc vocantur a diacono et præsentantur a presbytero ad hoc deputato electi ad diaconatum, modo supra, nn. 548-549, descripto; et mox electi ad presbyteratum, modo nn. 524-525 indicato. Dicto Evangelio, incipit Ordinatio. Episcopus in cathedra vel ad sedem paratam sedet, et accipit mitram.

568 (548). Postea, omnibus sedentibus, etiam Episcopus cum mitra et baculo nisi ipsi aliter videatur, homiliam habet, in qua, initium sumens e textu lectionum sacrarum quæ in Missa lectæ sunt, populum et electos alloquitur de munere diaconorum et presbyterorum; rationem habendo etiam de ordinandorum diaconorum condicione, utrum nempe agatur simul de electis uxoratis et non uxoratis, vel de electis non uxoratis tantum, vel de electis uxoratis tantum. Quod facere potest aut verbis in De Ordinatione indicatis aut verbis propriis usus.⁹⁰

569 (551). Accedunt deinde soli electi ad diaconatum et stant coram Episcopo, qui interrogat omnes electos una simul, secundum textum in De Ordinatione indicato.⁹¹

570 (552). Demum Episcopus deponit baculum, unusquisque electorum ad diaconatum accedit ad Episcopum, ante eum genuflectit et manus suas iunctas inter manus Episcopi ponit.

Episcopus a singulis petit promissionem obœdientiæ, iuxta formulam in De Ordinatione propositam.

Sicubi ritus ponendi manus iunctas inter manus Episcopi minus aptus videatur, Conferentiæ Episcoporum est aliud statuere.⁹²

571 (553). His expletis, ordinandi diaconi aliquantum in partem receidunt, et surgunt ordinandi presbyteri, qui coram Episcopo consistunt. Episcopus eos interrogat, una simul, et unusquisque postea accedit ad Episcopum, ante eum genuflectit et eodem ritu quo supra n. 528, Episcopus a singulis petit promissionem obœdientiæ, formulis adhibitis De Ordinatione propositis.⁹³

⁸⁹ Cf. *ibidem*, n. 261.

⁹⁰ Cf. *ibidem*, nn. 267 et 308.

⁹¹ Cf. *ibidem*, n. 268.

⁹² Cf. *ibidem*, n. 269.

⁹³ Cf. *ibidem*, nn. 270-272.

572 (554). Deinde Episcopus, dimissa mitra, surgit, et cum eo omnes, et canuntur litaniæ cum sua monitione introductionis et oratione conclusionis ut supra nn. 529-530 indicatur, textibus adhibitis qui in De Ordinatione inveniuntur.⁹⁴

Litaniis autem expletis, electi ad presbyteratum recedunt, et fit Ordinatio diaconorum.⁹⁵

573 (555). Ordinatio diaconorum fit iis servatis quæ supra nn. 555-558 describuntur. Osculum autem pacis datur post expletam Ordinationem presbyterorum.

574 (556). Ordinatione diaconorum expleta, diaconi ad loca sua recessunt, et accedunt electi ad presbyteratum.

Episcopus, deposita mitra, surgit, et omnes cum eo. Episcopus stans, manibus iunctis, versus ad populum, dicit monitionem: *Orémus, dilectissimi et omnes per aliquod temporis spatium silentio orant.*

575 (557). Sequitur deinde Ordinatio presbyterorum, iis servatis quæ supra nn. 531-537 describuntur.

576 (558). Demum Episcopus singulis Ordinatis, prius presbyteris postea diaconis dat osculum. Similiter omnes vel saltem nonnulli presbiteri præsentes osculo significare possunt presbyteros nuper ordinatos sibi in Ordine consociatos esse, et omnes vel saltem nonnulli diaconi respective diaconos nuper ordinatos.

Interim cani potest responsorium *Iam non dicam vel antiphona Vos amici mei cum Psalmo 99 (100) vel alias cantus eiusdem generis qui conveniat responsorio vel antiphonæ.*⁹⁶

577 (559). Symbolum dicitur secundum rubricas; oratio autem universalis omittitur.⁹⁷

578 (560). Liturgia eucharistica fit secundum ordinem concelebrationis Missæ; attamen omittitur præparatio calicis. Unus ex ordinatis diaconis ministrat Episcopo ad altare.⁹⁸

579 (561). In Prece eucharistica fit commemorationis Ordinatorum, formulæ adhibitis quæ in De Ordinatione proponuntur.⁹⁹

⁹⁴ Cf. *ibidem*, nn. 272-274.

⁹⁵ Cf. *ibidem*, n. 274.

⁹⁶ Cf. *ibidem*, n. 291.

⁹⁷ Cf. *ibidem*, n. 292.

⁹⁸ Cf. *ibidem*, n. 293.

⁹⁹ Cf. *ibidem*, n. 294.

580 (562). Diaconi modo ordinati communicantur sub utraque specie. Diaconus Episcopo ministrans fungitur ministerio calicis. Aliqui e diaconis modo ordinatis Episcopum adiuvant in distribuenda Communione fidelibus.

Parentes et propinqui Ordinatorum Communionem sub utraque specie recipere possunt.

Distributione Communionis expleta, cani potest cantus gratiarum actionis. Loco benedictionis consuetæ, dici potest benedictio, quæ in De Ordinatione (n. 299 vel n. 340) indicatur.

Ritus conclusionis more consueto fiunt.¹⁰⁰

VI. DE RITU ADMISSIONIS INTER CANDIDATOS AD ORDINEM SACRUM

581 (479). Ritus admissionis eo tendit, ut qui ad diaconatum vel presbyteratum aspirat, publice manifestet suam voluntatem se Deo et Ecclesiæ offerendi, ad sacrum Ordinem exercendum; Ecclesia vero, hanc oblationem accipiens, eum eligit et vocat, ut ad sacrum Ordinem recipiendum se præparet, et hac ratione inter candidatos ad diaconatum vel presbyteratum rite cooptetur.¹⁰¹

Professi in religionibus clericalibus, ad presbyteratum contendentes, hoc ritu non tenentur.

582 (480). Ritus admissionis celebrandus est cum adspirantium propositum, necessariis dotibus suffultum, ad sufficientem maturitatem pervenisse constat.

583 (480). Celebratur autem ab Episcopo vel Superiore maiore clericali Instituti, vel delegato eorum pro qualitate adspirantis.¹⁰²

584 (481). Ritus admissionis peragi potest quolibet die, exceptis Tri-duo paschali, Hebdomada sancta, Feria IV Cinerum, Commemoratione omnium fidelium defunctorum intra Missam in ecclesia vel oratorio Seminarii et Instituti religiosi, occasione data v. gr. cuiusdam conventus presbyterorum vel diaconorum, sive celebrationis verbi Dei. Attamen prop-

¹⁰⁰ Cf. *ibidem*, nn. 295-298.

¹⁰¹ Cf. Paulus VI, *Litteræ apostolicæ Ad Pascendum*, 15 augusti 1972: *A.A.S.* 64 (1972), p. 538.

¹⁰² Cf. *De Ordinatione*, Appendix II, Ritus admissionis inter candidatos ad Ordinem sacram, *Praenotanda*, nn. 1-2.

ter suam indolem numquam cum sacris Ordinibus vel cum institutione lectorum aut acolythorum coniungatur.¹⁰³

585 (482). Episcopus habeat secum diaconum vel presbyterum depatum ad candidatos vocandos, necnon alios ministros convenientes.

586 (482). Si ritus celebratur intra Missam, Episcopus induit vestes sacras pro celebratione eucharistica requisitas et utitur mitra et baculo; si vero extra Missam celebratur, potest aut crucem pectoralem, stolam et pluviale coloris convenientis induere supra albam, aut tantum crucem et stolam super rochetum et mozetam assumere: hoc in casu non utitur mitra nec baculo.

587 (483). Si ritus intra Missam celebratur, dici potest Missa pro vocationibus ad sacros Ordines, cum lectionibus propriis¹⁰⁴ ritus ad missinis, colore albo adhibito.

Occurrentibus vero diebus, qui sub nn. 2-9 tabulæ dierum liturgicorum recensentur,¹⁰⁵ dicitur Missa de die.

Quando non dicitur Missa pro vocationibus ad sacros Ordines, una e lectionibus sumi potest ex iis quæ in Lectionario pro ritu admissionis proponuntur, nisi occurrat dies qui sub nn. 2-4 tabulæ dierum liturgicorum¹⁰⁶ recensetur.

588 (484). Si vero fit tantum Celebratio verbi Dei, hæc incipi potest antiphona congrua et, post salutationem Episcopi, collecta eiusdem Missæ. Lectiones sumuntur ex iis quæ pro hac celebratione in Lectionario indicantur.¹⁰⁷

589 Quando ritus intra Liturgiam Horarum celebratur, initium sumit post lectionem brevem vel longiorem. In Laudibus et Vesperis, loco intercessionum seu precum dici possunt invocations orationis communis in appendice libri De Ordinatione propositæ.

590 (485). Episcopus, convenienter gerens mitram et baculum ac sedens in cathedra, homiliam habet, quam concludit allocutione quæ in Ap-

¹⁰³ Cf. *ibidem*, n. 3.

¹⁰⁴ Cf. *Missale Romanum*, *Ordo Lectionum Missæ*, nn. 775-779.

¹⁰⁵ Cf. *infra*, Appendix II, et *Pontificale Romanum*, *De Ordinatione*; Appendix II, *Ritus admissionis inter candidatos ad Ordinem sacram*, *Praenotanda*, n. 4.

¹⁰⁶ Cf. *ibidem*.

¹⁰⁷ Cf. *ibidem*, n. 5.

pendice libri De Ordinatione, post lectiones biblicas, exhibetur vel aliis verbis similibus.¹⁰⁸

591 (486). Deinde diaconus vel presbyter ad hoc deputatus adspirantes nominatim vocat. Singuli autem respondent: *Adsum*; et ad Episcopum accedunt, cui reverentiam faciunt.¹⁰⁹

592 (487). Episcopus eos interrogat verbis in Appendice libri De Ordinatione expressis vel aliis a Conferentia Episcoporum pro opportunitate statutis. Præterea, si placet, propositum candidatorum ab Episcopo accipi potest etiam aliquo signo externo a Conferentia Episcoporum determinato. Episcopus concludit, dicens: *Cum gáudio*, et omnes respondent: *Amen*.¹¹⁰

593 (488). Tunc Episcopus deponit baculum et mitram ac surgit, et cum eo omnes pariter surgunt. Dicitur Symbolum, si occurrit secundum rubricas. Deinde Episcopus fideles ad orandum invitat dicens: *Deum ac Dóminum nostrum*, diaconus vero aut alius minister idoneus intentiones orationis proponit, omnibus congrua acclamatione respondentibus. Deinde Episcopus dicit orationem: *Adéstō vel Fámulis tuis*.¹¹¹

594 (489). Si admissio celebratur intra Missam, hæc continuatur more consueto et in ea candidati eorumque parentes et propinqui Communionem sub utraque specie recipere possunt.¹¹²

595 (489). Si vero fit inter Celebrationm verbi Dei, Episcopus cœtum congregatum salutat et benedit; diaconus vero eum dimittit dicens: *Ite in pace*, cui omnes respondent: *Deo grátias*.¹¹³

596. Si autem fit intra Liturgiam Horarum omnia quæ Ritum sequuntur more consueto fiunt.¹¹⁴

597 (490). «Candidati ad Diaconatum, sive permanentem sive transuntem, et ad Presbyteratum ministeria lectoris et acolythi debent reci-

¹⁰⁸ Cf. *ibidem*, n. 8.

¹⁰⁹ Cf. *ibidem*, n. 9.

¹¹⁰ Cf. *ibidem*, n. 10.

¹¹¹ Cf. *ibidem*, nn. 11-14.

¹¹² Cf. *ibidem*, n. 15.

¹¹³ Cf. *ibidem*.

¹¹⁴ Cf. *ibidem*.

pere, nisi ea iam receperint, et per congruum tempus exercere, quo melius disponantur ad futura munera Verbi et Altaris».¹¹⁵

Ritus institutionis lectorum et acolythorum describitur infra nn. 769-799.

Caput III

DE SACRAMENTO MATRIMONII

PRÆNOTANDA

598. Memor Christi Domini, qui nuptiis in Cana Galilææ interfuit, cordi habeat Episcopus suorum fidelium Matrimonium, præsertim pauperiorum, aliquoties benedicere.

Præparatio atque celebratio Matrimonii, quæ respicit in primis ipsos futuros coniuges atque eorum familiam, pertinet etiam, ratione curæ pastoralis atque liturgicæ, ad Episcopum.¹

Quo autem clarius appareat hac Episcopi participationem non esse personarum acceptiōnē² vel meræ sollemnitatis signum, præstat Episcopum Matrimonii assistere de more non in privatis sacellis vel domibus, sed in sua ecclesia cathedrali vel in ecclesiis parœcialibus, ita ut sacramenti celebratio nota ecclesiæ revera destinguatur, et communitas loci participare possit.³

599. Ad celebrationem Matrimonii ea parentur quæ pro Matrimonio a presbytero benedicendo requiruntur, additis mitra et baculo.

600. Convenit unum saltem presbyterum, qui de more sit parochus, unumque saltem diaconum cum aliquibus ministris Episcopo assistere.

I. DE CELEBRATIONE MATRIMONII INTRA MISSAM

601. Si Episcopus ipse Missam celebrat, omnes sacras vestes pro Missa requisitas assumit, additis mitra et baculo. Presbyter vero, si concelebrat, et ipse sacras vestes pro Missa induit.

¹¹⁵ Paulus VI, Litt. Apost. *Ad Pascendum*, II, 15 augusti 1972: A.A.S. 64 (1972), p. 539.

¹ Cf. *Rituale Romanum*, *Ordo celebrandi Matrimonium*, n. 12.

² Cf. Conc. Vat. II, *Const. de Sacra Liturgia, Sacrosanctum Concilium*, n. 32; Cf. *Ordo celebrandi Matrimonium*, n. 31.

³ Cf. *Ordo celebrandi Matrimonium*, n. 24.

Si vero Episcopus Missæ præsidet quin eam celebret, supra albam assumit crucem pectoralem, stolam et pluviale albi vel festivi coloris; itemque mitram et baculum adhibet.

Diaconus vestes sui ordinis induit. Ceteri ministri albam vel aliam vescem pro eis legitime probatam induunt.

Præter ea quæ ad Missæ celebrationem requiruntur, parentur:

- a) Ordo celebrandi Matrimonium;
- b) vas aquæ benedictæ et aspersorium;
- c) anuli pro sponsis;
- d) calix sufficientis magnitudinis pro Communione sub utraque specie.

602. Statuto tempore, parochus aliusve presbyter, indutus superpelliceo super vescem talarem, vel alba et stola, atque casula si ipse Missam est celebraturus, iuxta modum priorem,⁴ ad ianuam ecclesiæ, comitantibus ministris, vel iuxta modum alterum⁵ ad altare recipit sponsum et sponsam, eos salutat et dicit ad loca ipsis præparata.⁶

Postea Episcopus ad altare accedit, ipsumque salutat, et a parocho vel alio presbytero ei præsentantur nupturientes. Interim fit cantus ad introitum.

603. Diebus quibus Missæ rituales permituntur⁷ dici potest Missa ritualis pro sponsis, cum lectionibus propriis, colore albo vel festivo adhibito.⁸

Occurrentibus vero diebus, qui sub nn. 1-4 tabulæ dierum liturgicorum recensentur, adhibetur Missa de die cum suis lectionibus retentis in ea benedictione nuptiali atque, pro opportunitate, formula benedictionis finalis propria.

Si tamen, tempore Nativitatis et per annum, Missa, in qua dominica die Matrimonium celebratur, a communitate parœciali participatur, adhibetur Missa de dominica.

Quando Missa ritualis non dicitur, una e lectionibus sumi potest ex iis quæ in Lectionario pro eadem Missa proponuntur, nisi occurrant dies qui sub nn. 1-4 tabulæ dierum liturgicorum recensetur.⁹

⁴ Cf. *ibidem*, nn. 45-47.

⁵ Cf. *ibidem*, nn. 48-54.

⁶ Cf. *ibidem*, n. 46.

⁷ Cf. *infra*, Appendix III.

⁸ Cf. *Rituale Romanum*; *Ordo celebrandi Matrimonium*, n. 34.

⁹ Cf. *infra*, Appendix II; *Missale Romanum*, In celebratione Matrimonii; *Ordo Lectio num Missæ*, nn. 801-805.

604. Si Missa celebratur die indolem pænitentialem præ se ferente, præsertim tempore Quadragesimæ, sponsi moneantur ut rationem habent peculiaris naturæ illius diei.¹⁰

605. Ritus initiales et liturgia verbi peraguntur more consueto.

606. Dicto Evangelio, Episcopus sedens cum mitra et baculo, nisi ipsi aliter videatur, homiliam habet, in qua e textu sacro exponit mysterium Matrimonii christiani, dignitatem amoris coniugalis, gratiam sacramenti et munera coniugum.¹¹

607. Homilia expleta, Episcopus cum mitra et baculo coram sponsis, eos interrogat de libertate, de fidelitate et de suscipienda et educanda prole, et consensum accipit.¹²

608. Postea deponit baculum et, si formula deprecativa utitur, etiam mitram, et benedit anulos eosque, pro opportunitate, aspergit et tradit sponsis, qui digitis suis inserunt.¹³

609. Fit oratio universalis more consueto. Symbolum dicitur secundum rubricas.

610. In Prece eucharistica fit commemoratio sponsorum, formula adhibita quæ in Ordine celebrandi Matrimonium proponitur.

611. Dicto *Pater noster* et omissa *Líbera nos*, Episcopus si ipse Eucharistiam celebrat, secus presbyter Missam celebrans, stans ad sponsos versus, canit vel dicit, manibus iunctis, monitionem: *Dóminum, fratres caríssimi*, post quam omnes per aliquod temporis spatium silentio orant. Deinde, manibus extensis, profert benedictionem super sponsam et sponsum: *Deus, qui potestáte*.¹⁴

612. Sponsi eorumque parentes, testes et propinqui Communionem sub utraque specie recipere possunt.¹⁵

613. In fine Missæ, loco benedictionis consuetæ, adhibetur formula pro hac Missa in Ordine celebrandi Matrimonium proposita.¹⁶

¹⁰ Cf. Rituale Romanum, Ordo celebrandi Matrimonium, n. 32.

¹¹ Cf. *ibidem*, n. 57.

¹² Cf. *ibidem*, nn. 60-65.

¹³ Cf. *ibidem*, nn. 66-67.

¹⁴ Cf. *ibidem*, nn. 72-74; vel. 242; 244.

¹⁵ Cf. *ibidem*, n. 76.

¹⁶ Cf. *ibidem*, nn. 77 et 249-250.

Episcopus accipit mitram et, extendens manus, populum salutat dicens: *Dóminus vobíscum.* Tunc unus e diaconis dicere potest invitatorium ad benedictionem atque Episcopus, manibus super populum extensis, invocationes benedictionis profert. Deinde accipit baculum et dicit: *Et vos omnes*, atque signum crucis facit super populum.

Episcopus benedictionem impertire potest etiam formulis infra nn. 1120-1121 propositis.

II. DE MATRIMONIO SINE MISSA CELEBRATO

614. Episcopus induitur sicut quando Missæ præsidet quin eam celebret ut supra n. 176 dictum est. Presbyter superpelliceum super vestem talarē vel albam et stolam assumit; diaconus vestes sui ordinis induit.

615. Ingressus sponsorum et Episcopi in ecclesiam fit ut supra n. 602 indicatur, dum canitur cantus ad introitum.

616. Cantu expleto, Episcopus præsentes salutat et dicit collectam e Missa pro sponsis. Deinde sequitur liturgia verbi, ut in Missa.

617. Interrogatio de libertate, acceptatio consensus, traditio anulorum fiunt ut supra nn. 607-608 dictum est.

618. Deinde fit oratio universalis, post quam, omissa oratione conclusiva eiusdem orationis, Episcopus, manibus extensis, benedictionem super sponsam et sponsum profert, adhibito textu qui pro eadem benedictione intra Missam impertienda in Ordine celebrandi Matrimonium propinquit.¹⁷

Deinde sequitur recitatio orationis dominicæ.

619. Si Communio intra ritum distribuenda est, diaconus accipit pyxidem cum Corpore Domini, illam super altare deponit atque una cum Episcopo genuflectit. Deinde Episcopus introducit orationem dominicam, quam omnes dicunt.

His peractis, genuflectit, accipit hostiam, eamque parum elevatam super pyxidem tenens, ad communicandos versus dicit: *Ecce agnus Dei.*

Communio distribuitur sicut in Missa.

Communione distributa, pro opportunitate sacrum silentium per ali-

¹⁷ Cf. *ibidem*, nn. 103-105; 242; 244.

quod temporis spatium servari vel psalmus aut canticum laudis proferri potest. Deinde dicitur oratio: *Mensæ tuæ participes*, ut in Ordine celebrandi Matrimonium.¹⁸

620. Tandem Episcopus benedictionem finalem impertitur modo supra n. 613 descripto. Diaconus vero præsentes dimittit, dicens: *Ite in pace.* Omnes respondent: *Deo grárias*, et recedunt.

CAEREMONIALE EPISCOPORUM

COMMENTARIUM *

Alcune Conferenze Episcopali hanno in corso la preparazione di una versione del *Caeremoniale Episcoporum*, mentre presso altre i Vescovi si servono, per la vita liturgica della propria diocesi, dell'edizione tipica latina. Per questo motivo si è pensato utile «aggiornare» due suoi capitoli, alla luce dei libri liturgici apparsi in *editio typica altera*.

In primo luogo si noterà che il *Caeremoniale Episcoporum* non è un libro liturgico *in senso stretto*, in quanto non viene usato nelle celebrazioni come invece accade per il Messale, il libro della Liturgia delle Ore, il Pontificale o il Rituale.

Tuttavia, il *Caeremoniale* non è *nemmeno un libro di ceremonie* ad uso dei ceremonieri, del tipo di testi esistenti prima del Concilio. In certo qual senso il *Caeremoniale Episcoporum*, soprattutto quello postconciliare, non è solo come gli antichi, un libro che descrive con più precisione di un Ordinario lo svolgersi dei riti secondo l'anno liturgico e in circostanze eccezionali della vita conventuale, il ruolo che ognuno dei partecipanti vi svolge con gli abiti da indossare, i gesti da fare, le abitudini da prendere, i movimenti da compiere, l'ordine delle processioni e dei cortei, in una parola le ceremonie.¹ In breve, è il libro ufficiale del Vescovo celebrante che ne ha necessità per penetrare nella completa prospettiva del senso e del modo di celebrare la liturgia oggi secondo il Rito romano. Se qualcosa

¹⁸ Cf. *ibidem*, nn. 108-115.

* Nella stesura del presente *Commentarium* mi rifaccio a quanto ho già avuto modo di scrivere in un precedente articolo: *Il nuovo « Caeremoniale Episcoporum ». Presentazione e iniziazione all'uso*, in *Rivista Liturgica* 74 (1987) 489-518.

¹ Cfr. A-G. MARTIMORT, *Les « Ordines », les Ordinaires et les Cérémoniaux*, Brepols, Tournhout-Belgium 1991, 89.

muta nel Rito romano, anche il *Caeremoniale* dovrà mutare, se non si vuole condannarlo a rimanere inadatto e quasi inutile. Da qui la necessità di un suo costante aggiornamento.

Il *Caeremoniale Episcoporum*, dunque, è un libro che non si usa nelle celebrazioni, ma pensato e voluto per le celebrazioni, in primo luogo per quelle del Vescovo, in modo che, preparate e svolte con la dovuta dignità e nobiltà, si mantengano sempre nella semplice linearità intesa e voluta dal Concilio Vaticano II e divengano così modello cui dovrebbero potersi ispirare, per l'osservanza delle norme, l'ordine, il decoro, la partecipazione, l'afflato spirituale e liturgico, tutte le altre celebrazioni della diocesi, pur nella diversità di ambiente. Pertanto il *Caeremoniale* non contiene solo norme per quelle celebrazioni che si svolgono nella chiesa cattedrale, ma anche per quelle che il Vescovo presiede in altre chiese, sia nelle Visite pastorali, sia in altre occasioni, e che dovrebbero offrire a tutti i partecipanti uno spirito più ecclesiale, un senso vero della sacralità cristiana che è nel «Corpo mistico di Cristo», manifestato e attuato mediante la liturgia.

Infine, si presenta come il libro che dovrà mostrare nelle celebrazioni presiedute dal Vescovo un rapporto più stretto con l'unità di tutte le Chiese di Rito romano, ma che nel contempo si adatta ad ognuna delle Chiese particolari.

I due capitoli pubblicati sono indicati a far osservare forse quasi i due estremi. Nei *Praenotanda* del *De ordinatione* il campo delle «*aptationes*» appare in certo qual modo ristretto. Esso si limita alla maniera di esprimere l'assenso della comunità alla elezione; all'aggiunta di altre domande alle *interrogationes* previste nel Rito; al modo di esprimere, da parte dei candidati, la promessa di obbedienza; all'aggiunta di una forma esterna per manifestare il proposito di celibato; all'approvazione di canti appropriati; ed infine, alla possibilità di proporre degli adattamenti che, tuttavia, non tocchino la struttura generale del rito e conservino l'indole propria di ciascun elemento. In forma esplicita vien detto: «*manuum impositione omitti nequit; Prex ordinationis nec reduci nec substitui potest cum aliis textibus alternativis*» (*De Ordinatione, Praenotanda* n. 11).

Nell'*Ordo celebrandi Matrimonium*, a seguito dei principi esposti nella Costituzione sulla sacra Liturgia (cfr. nn. 37-40; 63b; 77-78), il contenuto dei *Praenotanda* circa gli adattamenti che una Conferenza Episcopale può preparare è più esteso. Inoltre, ogni Conferenza Episcopale ha la facoltà «*exarandi ritum proprium Matrimonii, ad normam Constitutionis da sacra Liturgia* (n. 63b), locorum et populorum usibus congruentem, ac-

tis ab Apostolica Sede probatis » (n. 42). Alcuni elementi comuni devono sempre restare: il consenso dei contraenti, richiesto e manifestato davanti a colui che assiste, la benedizione nuziale. Per questa ultima, l'*Ordo celebrandi Matrimonium* propone tre testi a scelta, e nei *Praenotanda* è detto che « quando Rituale Romanum plures exhibet formulas ad libitum, alias formulas eiusdem generis adicere licet » (n. 41, 2); pertanto, le Conferenze Episcopali possono presentare formule alternative, anche se non sostitutive di quelle esistenti.

Applicando al *Caeremoniale Episcoporum*, è da prevedere che il capitolo sul sacramento dell'Ordine dovrebbe di fatto servire a tutti i Vescovi, in quanto il campo degli adattamenti è limitato, né si possono assumere elementi ed usi locali difficilmente utili o necessari ad illustrare le peculiarità ecclesiali del sacramento. Non altrettanto si potrebbe dire del capitolo sul sacramento del Matrimonio. Una celebrazione presieduta dal Vescovo dovrebbe essere sempre una celebrazione adattata, secondo i principi e le norme, non escluso il rito proprio. Il Vescovo porterà nella celebrazione certe sue caratteristiche, ma per quanto riguarda il rito deve assumerlo non dal libro tipico del Rito romano, ma da quello tipico, approvato e recognito, per la regione in cui il matrimonio è celebrato.

L'adattamento del *Caeremoniale Episcoporum* alle norme conciliari non poteva non essere *rispettoso delle tradizioni di ogni Chiesa locale*, nella persuasione che non sarebbe stato un vantaggio per il Rito romano perdere tante ricchezze di ceremonie e di testi, che sono tesori da conservare e trasmettere alle generazioni future. In più di una occasione il *Caeremoniale* esplicitamente si riferisce ad alcune tradizioni e consuetudini, ma non si potrebbe dedurre essere solo quelle che si intendevano con il ripetuto richiamo fatto e nel Decreto e nel Proemio. Altre tradizioni potevano esistere oltre quelle e a tutte potrà essere rivolta dalle singole Chiese un'attenzione che le valuti in vista di una conservazione « dummodo liturgiae ex decreto Concilii Vaticanii II instauratae conformes reddantur ». Non dunque una conservazione solo per il gusto di archeologismo o conservatorismo, ma una oculata visione delle possibilità pastorali in esse contenute.

Circa le suddette consuetudini e tradizioni il Decreto *Recognitis ex decreto* dice: « ut tamen traditiones ac exigentiae locorum propriae servari possint ». Il *servari* ha un primo significato nel « conservare », « non agire contro », ma si estende nel suo uso anche al « badare », « prendere in considerazione » e addirittura « prevenire ». Ciò si addice bene alle esigenze che hanno maggiore impatto sul futuro. E un futuro è già previsto dal

Caeremoniale nella visuale di un insieme di celebrazioni che attingono dalla esemplarità di quelle episcopali per procedere verso la *unitas spiritalis* che porta a evitare le *inutiles singularitates*.

Per quanto riguarda i riti adattati assumendo elementi provenienti dalla cultura di un popolo, occorre dire che una volta che l'inculturazione dei riti sia stata introdotta legittimamente, essa diviene espressione di come il Rito romano è vivo in una determinata regione della Chiesa, ed è a partire da esso che si potrà costruire un Cerimoniale dei Vescovi per quella data regione.

Durante l'*iter* di riforma del *Caeremoniale* due linee ideali si trovarono in conflitto. La prima: dare presto uno strumento che si riteneva indispensabile per porre nel dovuto risalto le celebrazioni con la presidenza del Vescovo. La seconda: offrire un libro completo e pertanto attendere l'edizione di tutti i libri liturgici. Non consta che si sia mai passati a prendere in considerazione la possibilità di pubblicare le varie parti e capitoli man mano che uscivano i libri liturgici. Forse così si sarebbero potute far maturare alcune parti ed usufruire dell'apporto di una sperimentazione guidata nella visione di insieme. Anche questo modo di procedere avrebbe tuttavia presentato i suoi lati deboli e non sembra fosse proponibile in un clima come quello che si era creato con la sperimentazione non guidata e non controllata, che continuava a sopraffare la vera riforma e a mal presentarla in certi ambienti. La nostra situazione attuale è per vari aspetti diversa, ed è per questo che, man mano che verranno pubblicate le nuove edizioni tipiche latine, saranno prevedibilmente pubblicati i rispettivi capitoli del *Caeremoniale*, con gli adattamenti del caso. In tal modo si corrisponderà meglio alla linea che ha guidato il lavoro di preparazione del *Caeremoniale*: assumere i riti come erano nei libri liturgici e darne una presentazione spirituale e ceremoniale per il Vescovo. La armonizzazione di un lavoro di riforma rende necessarie delle fasi di ritocco. È prevedibile che una ulteriore fase potrà essere ancora utile.

MARIO LESSI-ARIOSTO, s.j.

*Summarium decretorum**

I. CONFIRMATIO INTERPRETATIONUM TEXTUUM

1. *Conferentiae Episcoporum*

Belgio: textus *neerlandicus* partium Liturgiae Horarum, quae sequuntur: Pro Anno II - Tempus per annum, hebdomadae 8-12; Sollemnitates Domini tempore per annum occurrentes; Proprium de Sanctis a die 4 martii ad diem 9 eiusdem mensis et a die 10 maii ad diem 6 iulii. Lectiones biblicae cum suis responsoriis. Lectiones patristicae cum suis responsoriis. (30 apr. 1991, Prot. CD 431/91).

Olanda: textus *neerlandicus* partium Liturgiae Horarum, quae sequuntur: Pro Anno II - Tempus per annum, hebdomadae 8-12; Sollemnitates Domini tempore per annum occurrentes; Proprium de Sanctis a die 4 martii ad diem 9 eiusdem mensis et a die 10 maii ad diem 6 iulii. Lectiones biblicae cum suis responsoriis. Lectiones patristicae cum suis responsoriis (30 apr. 1991, Prot. CD 429/91).

Polonia: textus *polonus* orationis collectae et lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Iosephi Sebastiani Pelczar, *episcopi* (3 apr. 1991, Prot. CD 277/91).

Stati Uniti d'America: textus *anglicus* et *hispanicus* orationis collectae et lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beatae Catharinae Drexel, *virginis* (13 apr. 1991, Prot. CD 775/90).

2. *Dioeceses*

Padova, Italia: textus *italicus* orationis collectae et lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beatae Elisabeth Vendramini, *virginis* (22 apr. 1991, Prot. CD 329/91).

* Decreta Congregationis de Cultu Divino et Disciplina Sacramentorum a die 1 ad diem 30 aprilis 1991.

3. *Instituta*

Agostiniani Recolletti: *textus hispanicus Ritualis ad usum Fraternitatis Saecularis Augustinianorum Recollectorum* (8 apr. 1991, Prot. CD 19/91).

Carmelitani Scalzi: *textus arabicus Ritualis ad usum Ordinis Saecularis Carmelitarum Discalceatorum* (3 apr. 1991, Prot. CD 333/91).

Confederazione Canonici Regolari di S. Agostino: *textus italicus Proprietatis Missarum et Liturgiae Horarum* (9 apr. 1991, Prot. CD 793/90).

Congregazione « Ancelle del SS.mo Cuore di Gesù »: *textus polonus orationis collectae et lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Iosephi Sebastiani Pelczar, episcopi* (3 apr. 1991, Prot. CD 231/91).

Congregazione « Suore Salesiane dei SS. Cuori di Gesù e Maria »: *textus italicus Ordinis Professionis Religiosae proprii* (25 apr. 1991, Prot. CD 201/91).

Congregazione Vergini di Gesù e Maria: *textus gallicus Missae in honorem Eucharistici Cordis Iesu* (13 apr. 1991, Prot. CD 373/91).

Congregazione della Missione: *textus hispanicus Ordinis Benedictionis et impositionis Sacri Numismatis beatae Mariae Virginis Immaculatae* (30 apr. 1991, Prot. CD 405/91).

Istituto « Ancelle di Gesù Cristo Sacerdote »: *textus lusitanus Proprietatis Missarum et Liturgiae Horarum* (4 apr. 1991, Prot. CD 249/91).

Mariani: *textus lusitanus orationis collectae et lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Georgii Matulaitis-Matulewicz, episcopi* (3 apr. 1991, Prot. CD 325/91).

Ordine Francescano Frati Minori Conventuali: *textus italicus orationis collectae et lectionis alterius Liturgiae Horarum in honorem Beati Raphaëlis Chylinski, presbyteri* (15 apr. 1991, Prot. CD 177/91).

II. APPROBATIO TEXTUUM

1. Conferentiae Episcoporum

Polonia: textus *latinus* orationis collectae in honorem Beati Iosephi Sebastiani Pelczar, *episcopi* (3 apr. 1991, Prot. CD 277/91).

2. Dioeceses

Padova, Italia: textus *latinus* orationis collectae in honorem Beatae Elisabeth Vendramini, *virginis* (22 apr. 1991, Prot. CD 329/91).

3. Instituta

Benedettini: textus *gallicus* Lectionarii Patrum ad Vigilias, pro celebratio-
ne Liturgiae Horarum, cui titulus « Les Pères de l'Eglise commentent
l'Evangile. Homéliaires pour les dimanches A,B,C et les grandes fê-
tes » (9 apr. 1991, Prot. CD 895/90).

Congregazione « Ancelle del SS.mo Cuore di Gesù »: textus *latinus* orationis collectae in honorem Beati Iosephi Sebastiani Pelczar, *episco-
pi* (3 apr. 1991, Prot. CD 231/91).

Istituto « Ancelle di Gesù Cristo Sacerdote »: textus *latinus* Proprii Mis-
sarum et Liturgiae Horarum (4 apr. 1991, Prot. CD 249/91).

Ordine Francescano Frati Minori Conventuali: textus *latinus* orationis collectae in honorem Beati Raphaëlis Chylinski, *presbyteri* (15 apr.
1991, Prot. CD 177/91).

III. CONCESSIONES CIRCA CALENDARIA

2. Dioeceses

Padova, Italia: 27 *aprilis*, B. Elisabeth Vendramini, *virginis*, memoria ad libitum (22 apr. 1991, Prot. CD 329/91).

3. *Instituta*

Istituto « Ancelle di Gesù Cristo Sacerdote »: Calendarium proprium (4 apr. 1991, Prot. CD 249/91).

IV. PATRONORUM CONFIRMATIO

Beata Maria Virgo, v.d. « Nossa Senhora da Piedade »: Patrona consociationum catholicorum, quae in dioecesibus Regionis « Leste II » in Brasilia ita dictis « alcoholistis » recuperandis dant operam atque eorum, qui eiusdem generis malis affliguntur, Brasile (24 apr. 1991, Prot. CD 403/91).

Beata Maria Virgo, v.d. « Nossa Senhora das Dores »: Patrona consociationum catholicorum, quae in dioecesibus Provinciae ecclesiasticae de Pouso Alegre ita dictis « alcoholistis » recuperandis dant operam atque eorum, qui eiusdem generis malis affliguntur, Brasile (24 apr. 1991, Prot. CD 890/90).

Sanctus Franciscus Caracciolo, *presbyter*: Patronus consociationis coquorum Agrigentinae, Italia (18 apr. 1991, Prot. CD 391/91).

VIII. DECRETA VARIA

Brentwood, Inghilterra: titulus ecclesiae cathedralis Sacratissimi Cordis Iesu ac Sanctae Helenae mutatur in titulum beatae Mariae Virginis (10 apr. 1991, Prot. CD 225/91).

Congregazione « Ancelle del SS.mo Cuore di Gesù »: liturgicae celebrationes in honorem novi Beati Iosephi Sebastiani Pelczar, *episcopi*, congruo tempore post Beatificationem exsequendae (3 apr. 1991, Prot. CD 231/91).

Ordine Francescano Frati Minori Conventuali: liturgicae celebrationes in honorem novi Beati Raphaëlis Chylinski, *presbyteri*, congruo tempore post Beatificationem exsequendae (15 apr. 1991, Port. CD 177/91).

Salesiani: Missa votiva Sancti Ioannis Bosco, *presbyteri*, in aedibus (v.d. « camerette ») eiusdem Sancti, apud Sanctuarium beatae Mariae Virginis Auxiliatricis in civitate Taurinensi (3 apr. 1991, Prot. CD 245/91).

Torino, Italia: dedicatio novae ecclesiae paroecialis in suburbio taurinensi aedificandae in honorem Beati Petri Georgii Frassati (23 apr. 1991, Prot. CD 421/91).

Torino, Italia: titulus ecclesiae paroecialis Sancti Bernardi, *abbatis*, in loco v.d. « Moncalieri ». extantis, mutatur in titulum Beati Bernardi de Baden (23 apr. 1991, Prot. CD 432/91).

Varia

RIUNIONE DEI PROFESSORI DI LITURGIA DELLE UNIVERSITÀ, FACOLTÀ E ISTITUTI SUPERIORI DI ROMA

Il secondo incontro dei Professori di Liturgia promosso dalla Congregazione — il primo ebbe luogo nell'ottobre del 1989 — si è svolto il 13 aprile c.a. nella sala dei Congressi presso il Dicastero. All'invito fatto per venire ai Professori di Liturgia residenti a Roma hanno aderito diciotto docenti che svolgono il loro insegnamento nei maggiori centri di studio teologico nell'Urbe. Tra essi un nutrito gruppo di professori del Pontificio Istituto Liturgico, della Università Gregoriana, Lateranense, Angelicum, Salesiana, delle Facoltà « Marianum » e « Claretianum ». La riunione è stata presieduta dal Prefetto della Congregazione, S.Ecc.za il Card. Eduardo Martínez. Erano presenti S.Ecc.za Mons. Lajos Kada, Segretario, e Mons. Pere Tena, Sotto-Segretario, con alcuni officiali.

L'incontro ha avuto inizio alle ore 9,00 con il canto dell'Ora Terza. Successivamente il Cardinal Prefetto ha rivolto parole di benvenuto ai partecipanti ed ha presentato i temi da trattare, incentrati in buona parte su una delle decisioni della recente « Plenaria »: la revisione della *Institutio generalis Missalis Romani*. Per tale revisione, nella prospettiva di una terza edizione tipica del Messale Romano, i Padri della « Plenaria » hanno espresso parere positivo.

Quindi, Monsignor Segretario ha svolto una relazione sopra i quattro temi di materia liturgica dibattuti nella »Plenaria«: l'*Istruzione sull'inculturazione della liturgia romana*, l'*Institutio generalis Ritualis Romani*, l'*Editio typica altera dell'Ordo Exsequiarum* e la terza edizione tipica del *Missale Romanum*. Al termine ha rivolto a tutti i Professori un appello alla collaborazione al fine di poter poi sottoporre i progetti dei futuri documenti ad una più vasta cerchia di competenti e di Chiese locali, prima della definitiva pubblicazione.

La relazione introduttiva sulla revisione della *Institutio generalis Missalis Romani* è stata presentata da Don Armando Cuva, s.d.b., della Pontificia Università Salesiana, il quale ha descritto l'iter percorso dalla stessa *Institutio* a partire dalla prima edizione del *Missale Romanum* di Paolo VI fino alle ultime « variationes » pubblicate dopo la promulgazione del nuovo Codice di Diritto Canonico. Dalla relazione è emerso che l'*Institutio* non è un testo intangibile e che, se ci sono validi motivi, esso può essere soggetto a variazioni, modificazioni, ritocchi. Il relatore ha fatto notare che la progettata revisione della *Institutio* dovrà tener conto dell'eventuale revisione di altre parti del Messale Romano, soprattutto dell'*Ordo Missae*.

Tra gli scopi per cui si intende operare la suddetta revisione Don Cuva ha elencato i seguenti:

- renderne meno complessa la struttura;
- eliminare eventuali disposizioni ritenute ormai superate;
- rimediare ad alcune carenze che si riscontrano, relative soprattutto alla musica e al canto;
- modificare in alcuni casi la normativa perché risulti più semplice e più uniforme;
- inglobare nell'*Institutio* elementi contenuti in successivi documenti della riforma liturgica e nel Codice di Diritto Canonico, che si riferiscono alla celebrazione eucaristica.

Concludendo il relatore ha indicato alcuni criteri per la revisione dell'*Institutio* e ha posto alcune questioni relative alla sua eventuale revisione.

È seguito quinto il dibattito, al quale hanno preso parte tutti i partecipanti, e sono stati fatti conoscere alcuni contributi mandati per iscritto dai Professori che non hanno potuto prendere parte all'incontro.

Dalla discussione, che ha toccato molti punti particolari della stessa *Institutio*, è emerso l'auspicio di una sua sollecita revisione, da compiersi nel contesto della terza edizione del Messale Romano.

Alla fine della riunione il Cardinale Prefetto ha rivolto a tutti i partecipanti alla riunione, e a quanti hanno contribuito in qualsiasi modo alla sua preparazione e al suo svolgimento, il grazie sincero di tutta la Congregazione. Il canto dell'antifona mariana *Regina caeli* ha concluso l'incontro, nel comune desiderio che ci si possa incontrare di nuovo.

BOLESLAW KRAWCZYK

ACTUOSITAS LITURGICA

Commissiones Episcopales de Liturgia

CANADIA

RAPPORT DE LA COMMISSION ÉPISCOPALE DE LITURGIE

SECTEUR FRANÇAIS

(1990-1991)

Le principal apport de la Constitution sur la liturgie promulguée par le Concile Vatican II a été non seulement de fournir les points d'appui du renouveau de la liturgie mais aussi d'avoir inscrit la pastorale liturgique comme tâche permanente afin de porter à maturité ce renouveau. L'approfondissement, la formation et l'adaptation constituent les lieux obligés de cette entreprise. C'est dans cette perspective que se situent les activités et les projets de la Commission épiscopale de liturgie et de l'Office national de liturgie. En voici un bref sommaire.

COLLOQUE

